

Ausibiaci, qui Berentani Batioculum appellati sunt, de Brandicio^(a) venerunt; tribuni anteriores fuerunt, lingosi nimium, bene racionabiles et honorifici omnes.

Storculissi Macigni, qui Marcelli appellati sunt, de Ladista 5 venerunt; tribuni anteriores fuerunt; mendaces^(b) nimium, cum omnibus bellum comitabant^(c).

Brandonici, qui Brandani Burcalli appellati sunt, tribuni anteriores fuerunt, nimium sapientes et in consilio^(d) prudentes.

Menguni de Gudigo^(e) venerunt; anteriores fuerunt, sed fortissimi fuerunt^(f) in bello.

Sirani de Syria Dalmacie venerunt; ante fuerunt, fortes in bello, nimium rixosi, sed cito recordabantur.

Salerentani^(g) de Salerno venerunt, Serçini appellati sunt; anteriores^(h) fuerunt, nimium inconvenientes ab omnibus et discordanter 15 dantes omnia⁽ⁱ⁾ et rixosi^(k) valde.

Saponarii de Salona venerunt; tribuni ante fuerunt; multitudine argumentorum florebant; nam per sapientiam^(l) illorum et per calliditatem ingenii multa pulcherrima edifica^(m) in nova Venecia fiebant. erant omni bonitate⁽ⁿ⁾ pleni.

20 Campoli de Capua venerunt; anteriores^(o) fuerunt, similiter argumentosi de omni edificio, nimium protervi de voluntate et de bello bene cogniti.

Vennerii^(p) de Vicentia venerunt; anteriores^(o) fuerunt et^(q) fortissimi in bello^(r).

25 Matri de Mantua venerunt; tribuni anteriores fuerunt, magni de personis, in ecclesiis multa bona large largientes.

Bausi^(s) Barboli^(t) Racionelli^(u), qui Bulçani appellati sunt; anteriores fuerunt, preliatores magni.

Secredi de Seminicu venerunt; ante fuerunt, sicut suprascripti, 30 sed poscebant^(v) prelum.

Anastasii, qui Theodosii appellati sunt, de Stafilo venerunt; tri-

(a) *D V Brendice* (b) *mendaces*] *V audaces* (c) *S D comitebant* *V committentes*
 (d) *S concilio* (e) *D V Gudigu* (f) *V om. fuerunt* (g) *D Siler.* (h) *S D ante*
 (i) *S in omnibus* (k) *D rixori* (l) *V sapientia* (m) *S hedifficia* (n) *V om. omni*
V bonitatem (o) *D V ante* (p) *D Vanarif* (q) *D om. et* (r) *D n bello, qui*
Vicencii appellati sunt (s) *D Barasi* (t) *S Gausi Barbolani* (u) *V D Rationeli*
 (v) *V S posebant*